Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/322640

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI JOHANNIS ISAÄCI DE FREMERY,

MATH. MAG., PHIL. NAT. MED. ET ART. OBST. DOCT., ET PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS CHRISTIANUS BORSIUS,

E PAGO DE BILDT,

AD DIEM XXIV M. JUNII ANNI MDCCCXLVIII, HORA I.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD G. F. KOCH.
MDCCCXLVIII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

L. 11. § 18. D. de Act. Emti verba « sed in suprascriptis conventionibus contra erit dicendum, » etc. sunt Juliani.

II.

Bonae fidei possessor dominium fructuum non acquiritur ipsa perceptione.

III.

Pugnant art. 954 juncto 958 et 991 al. 2 juncto 1000 C. C.

IV.

Longe meliora mihi videntur testamenta olographica jure nostro, quam jure Napoleontico,

V

Patet ex comparatione cum art. 1049 C. C., art. 1105 ejusdem Codicis loqui de heredibus ab intestato.

VI.

Quod exsecutoribus testamentariis nominatim datur pro opera et administratione, est debitum magis, quam legatum.

VII.

Praesumptio juris, de qua loquitur art. 539 C. M. non excludit probationem contrarii.

VIII.

Litterae cambiales sub conditione etiam valent.

IX.

Non assentior iis, qui statuant omnes poenas cujuscunque generis aut gravitatis justas esse, modo delinquentes antea sciverint, saltem scire potuerint, hanc illamve poenam in hoc illudve delictum constitutam esse.

X.

Illae poenae mihi praeferendae videntur, quae, si forte de damnati innocentia compertum sit, damni reo illati restitutionem permittant.

XI.

Viae ferratae sunt publicae.

XII.

Is qui rem sibi furto ablatam, alteri adimit, furti non tenetur.

XIII.

Inter causas, quae patriae nostrae, libera Republica Belgii Foederati, detrimento fuere, praecipue nominanda est mutua provinciarum invidia.

XIV.

Historia docet eum, qui omni ope progressui humani ingenii et libertatis publicae obstet, plerumque in vano ac pertinaci conatu perire.

XV.

Civitati non solum competit jus, sed revera incumbit officium, normam praescribendi institutioni publicae.

XVI.

Judicium juratorum mihi videtur parum bonae justitiae administrationi convenire.

XVII.

Conventus civium armati, neque etiam alii indiscriminatim in loco publico tolerandi sunt.

XVIII.

Recte Montesquieu: «Ce ne fût ni la piété, ni la crainte, qui établit la religion chez les Romains, mais la nécessité où sont toutes les sociétés, d'en avoir une.»

XIX.

Pretium panis publica auctoritate determinari improbamus.

XX.

Quum sit boni legislatoris, cavere ne alimentorum pretium nimis augeatur, optandum videtur tributa, quae vulgo «gemaal» et «geslagt» vocantur, abrogari saltem minui, et in primis abrogari, quoad ab urbibus et pagis exigantur.

XXI.

Tributum ab heredibus in linea directa solvendum minus probandum, ne sors publica minuatur.

1900270